

The *Lucula noctis* Project
(<http://web.wlu.ca/history/cnighman/LN/index.html>)

Curiositas p

Dicit enim Crisostomus in prologo Super Matheum:
“Adolescentulis

in ludo litterarum positis non tam placent solida
quam picta, queque plus pulcra quam utilia
sectantur, nec tam agentia diligunt quam sonantia,
magis gaudent foliorum amenitate conspergi
quam fructuum ubertate nutriri.”

Lucula noctis, 44 (E. Hunt ed., p.385, ll.160-165).

Adolescentulis

in ludo litterarum positis non tam placent solida
quam picta, queque pocius pulcra quam utilia
sectantur, nec tam agentia diligunt quam sonancia.
Magis gaudent foliorum amenitate conspergi
quam frugum ubertate nutriri.

Crisostomus in prologo super Mattheum.

Manipulus florum, Curiositas p

frugum] fructuum M

Solae ab eo forsitan
adolescentulorum
minus blandea mulceantur aures: quibus
in ludo positis litterarum: non tam placent solida,
quam picta quique pulchra potius quam utilia
sectantur: nec tam agentia diligunt, quam sonantia:
magisque gaudent florum amoenitate conspergi:
quam frugum ubertate nutriti.

Anianus de Celeda, *Prologus ad homilias Iohannis Chrysostomi in Mattheum interpretatione Aniani*
(1503 Venice ed., fol.1v, ll.23-26).